



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XVIII. Maii. S. Alcvinvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S**ALCVINVS seu ALBINVS, hoc cognomen tulit à familia: FLACCVS autem à baptifmate nomine proprio appellatus est. Hic ex Britannia oriundus, & in Eboraceniſi pronincia natus fratrem habuit *Ioannem* Salisburgenſis Eccleſiæ antiſitem, quem ipſe in epiſtolis eſcicto nomine *Aquilam* indigitat. In Eboraceniſi Eccleſia eruditus & Leuita ſacratuſ, præceptore vſus eſt Egberto Archiepiſcopo. & omnium humanarum, cum diuinarum rerum ſcientia eruditiffimus euasiſt. Poſt mortem magiſtri, Eboraceniſis Scholæ factuſ Rector, multos & ipſe poſtea diſcipulos, eruditione ac pietate celebres, habuit. Hac laudabili literarum profeſſione per vniuerſam Britanniam celebris, non tantum apud Epifcopos & Abbates Inſulæ, verum etiam apud Reges ipſos & principes in præcio fuit. Hinc & Caroluſ ipſe Magnuſ de remotis cum Britannia ſinibus honorabiliter euocauit, vt liberales omnes diſciplinâs penè tunc per Galliam extinctas ad lucem reuocaret.

Factuſ igitur Francia nouuſ ciuiſ anno circiter DCCXLIII. Carolo deinceps ſeduluſ & fidelis comes adhæſit, eiuſque in primis animum omnibus diſciplinâs imbuit, ad eò vt nec illi par in toto orbe foret in ſcientiis. Et quia Magiſter totiuſ regionis peritiſſimuſ ac doctiſſimuſ erat, magno etiam aliorum virorum concurſu & admiratione audituſ eſt, plurimoſque eruditionis famâ inſignes diſcipuloſ habuit, Rhabanuſ, Haimonem, Vſuarduſ, Aldricuſ, & alioſ complureſ. Pariſiſ quoque eum docuiſſe, & nobiliſſimæ illiuſ Academiae fundamenta ieciſſe, teſteſ quoruſque de Academia illa ſcripſere.

Multis verò Rex Caroluſ beneficiis hunc ſuum Magiſtruſ honeſtauit. Contulit ei in primis Abbatiam S. Lupi Trecentiſ, Ferrarienſem, Cellam S. Iudoci, denique S. Martini Turonenſiſ; vbi pie ſancteq; vixit, & iuuentutem Gallicam erudire continuans, frequenti etiam ac frugifera voluminum editione laudem ſibi nunquam morituram peperit, obiitque anno

Chriſti DCCCIV. XIV. Kal. Iuniſ, *Ex vita eiſ*

*operibus præfixa.*



B. ALCVINVS ABBAS ORD. S. BEN.  
*Quid non ALCVINO facunda LYTETIA debet?  
 Instaurare bonas ipsi qui feliciter artes,  
 Barbariemque procul solus depellere cepit.*